



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-/berstattensis, De Varietate//  
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

XXXIII Quo[modo] anima immortal[is] sit, dum constet quod in perpetuo  
igne moriatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29814**

## HAY. DE VARIET. LIB.

semper termino cruciatus per tormenta proferat, & sine fine definiens duret. Fit ergo miseris mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia & mors viuit, & finis semper incipit, & deficere defectus nescit. De hoc inter cetera conspicuus doctor Augustinus ait: Nihil est peius in morte, quam esse in morte sine morte, & mori velle & mori non posse.

**Quomodo anima immortalis sit, dum constat quod in perpetuo igne moriatur.**

Caput XXXIII.

**G**reg. **S**icut duobus modis vita dicitur, ita duobus modis etiam anima debet intelligi. Aliud est namque quod in deo vivimus, aliud vero quod in hoc corpore conditi vel creati sumus, id est, aliud est beatitudine vivere, aliud essentialiter. Anima itaque & mortalis esse intelligitur, & immortalis. Mortalis, quippe, quia beatitudinem vivere amittit, immortalis autem, quia essentialiter vivere non quia definit, & naturae suae vitam perdere non valet, nec cum in perpetua fuerit morte damnata. Illic enim posita beatitudine perdet, & esse non perdet. Ex qua ratione semper cogitur, ut & mortem sine morte, & defectum sine defectu, & finem sine fine patiatur, quatinus ei & mors immortalis sit, & defectus indeficiens, & finis infinitus.

**Quod animae iniquorum mortes ut de corpore excent, ad infernum descendunt. Ca. XXXV**

**S**i esse sanctorum animas in celo arrestatione sacrificio loquimur credimus, oportet ut & iniquorum animas in inferno per omnia esse credamus. Quia